



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi  
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Coloniae, 1697**

XXVII. De Sententia & re judicata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

## De Sententiis &amp; re iudicata.

## TIT. XXVII.

Postremò, allegatis omnibus ex parte  
tum Actoris tum Rei, quæ ad causæ  
instructionem pertinere videbuntur,  
concluditur tandem in causa, & u-  
trimque petitur ferri sententia.

*— Quid per Sententiam & Rem iudica-  
tiam intelligis hoc loco?*

**P**ER sententiam intelligitur ipsa pro-  
nuntiatio iudicis, quæ absolute  
vel condemnatione finem controver-  
siæ imponit, quam vocant Sententiam  
definitivam. Res verò iudicata est ipsa  
causa controversa, quæ finem contro-  
versiæ pronuntiatione iudicis accepit.  
Et differt à sententia tanquam affe-  
ctus à sua causa: nam res iudicata est  
effectus sententiæ jam à litigantibus  
tacitè vel expressè approbatæ.

*l. r. D. de  
re jud.*

*Sententia definitiva in quo differt  
ab interlocutoria?*

Quòd definitiva totum negotium  
principale definiat ac terminet, vel  
absol-



absolvendo vel condemnando: sententia vero interlocutoria non finiat controversiam, sed tantum incidens aliquid quod impedimentum removeat, ut si instituta expeditius procedat, & exitum suum consequatur. Unde & sententia interlocutoria semel lata ab eodem iudice dicerevocari poterit. Definitiva revocari non potest, quia postquam iudex semel sententiam dixit, jam definit in causa esse iudex, quippe officio functus.

*c. Cum cessante 60 & ibi Dd. inf. de appel. Vallen. hic. §. 2. n. 4. l. 55. D. de re jud.*

*Qua dicitur sententia interlocutoria vim habens definitiva?*

*Vide Myns. cent. 3. Obs. 88. Gail 1. Obs. 130. Hunn. Encyc. p. 2. tit. 22. §. 1. n. 7.*

Quæ quoad id, super quo fertur, præjudicium irreparabile per definitivam, & quoad juris effectus per omnia æquiparatur sententiæ definitivæ. Talis est sententia interlocutoria per quam repellitur vel admittitur exceptio aliqua peremptoria; qua iudex pronunciat se incompetentem, & quæ pronunciat appellationem esse decessatorum revocatoria vim habentem, vel fatalia elapsa. Sed & sententia definitivæ; item sententia excommunicationis sive banni.



*Qualiter ferenda sententia definitiva?*

In primis, utraque parte litigantium citata ad audiendum ius dici, & sententiam ferri. Judex deinde die dicto & in loco solito pro tribunali sedens, per se & in scriptis sententiam pronuntiabit, idque in omnibus servato iuris ordine, ac prævia causæ cognitione.

*Quis est effectus hujusmodi sententia?*

Finire litem, & potestatem iudicis, quoad causam, in qua ius dixit: item facere ius inter partes, inter quas lata: quia res inter alios acta ac iudicata ius non facit, nec aliis præiudicat regula *c. pen. h. t.*

## De Appellationibus, Recusationibus, &amp; Relationibus.

## TIT. XXVIII.

Sententia à Judice lata, si hæc victo videatur iniquior, poterit ab ea appellare: estque frequens & necessarius appellandi usus, quippe iniquitatem iudicantium vel imperitiam *l. d. h. t. in pr.* corrigens.

H

*Quid*